

Vorrebbe egli forse cancellar la memoria di Virgilio e distrugger l'*Eneide*?

Ben altrimenti Ottaviano, che la salvò dalle fiamme contro la volontà del poeta stesso.

tiani nomen deleteretur^(a) (1). an quicquam Virgilius ita demeruit, quod illa seivissima belua, humani generis inimica? ea solet esse publicorum hostium^(b) pena, ut post^(c) supplicium capitis, a qua iniuria iam tutus est Maro, statue monumentaque eorum comminuantur, ut quorum est vita iure meritoque sublata, sit^(d) eorum quo- 5 que post mortem damnata memoria^(e); Virgilio autem quis est qui tale crimen inurat? at hoc teterrimo facto^(f) declarasti te, Karole, et id quoque, si posses, libenter facturum, ut divinum illud poema Virgillii, quod tanto studio mirantur omnes et colunt, de memoria hominum prorsus tolles. at vero non ita sensit^(g) Octavianus 10 Augustus, aliquanto,* da veniam, et potentia maior et gloria^(h), ne dicam virtute, nam incertum est de hominibus huiusmodi iudicium; Augustus, inquam, non ita⁽ⁱ⁾ sensit, sed eternum illud opus, celestem *Eneida*, quod Virgilius^(k) moriens, propterea quod incorrectum relinqueret^(l), cremari iussisset, is et imperii auctori- 15 tate et ingenii viribus vetuit. extant enim tanti principis versus usque in nostram memoriam^(a), cum magne litterature tum et recti iudicii testes, quibus supremam illam morientis voluntatem^(m) abrogavit. nisi forte in hac una⁽ⁿ⁾ re imitandus tibi videretur^(o), ut quemadmodum ille Ciceronem viventem, nescio an ex^(p) iustis 20 causis, tu^(q) Virgilium sine digna ratione mortuum odio^(r) habeas, aut, ut ille passus est a collegis Ciceronem^(s) occidi, tu Maronis statuat, quando^(t) aliud non potes, dirui iubeas.

(a) *RG om.* utque - deleteretur (b) *C Ar VMur.* publ. hominum (c) *Mur.* fama, ut post (d) *BP* sublata, sic (e) *Mur.* sublata, memoria quoque deleatur (f) *Mur.* tet. quidem f. (g) *BPRG Bp* se rexit *Ar V* sentit (h) *BP* veniam, potentior maior et gloria *V* et pot. malorum (i) *BPRG Bp* Augustus non, inquam, ita (k) *C* quom *Ar* cum *Ra* quam *Bp* quem *Mur.* Aeneida, quom *Vergilius* (l) *C Ar VMur.* relinquerit (m) *C Mur.* voluntatem morientis *RG* quibus supr. illam dignitatem volunt. (n) *BPRG Ra Bp om.* una (o) *C Ar VMur.* videatur (p) *BPRG Ra om.* ex (q) *Mur.* ut (r) *C Mur.* mortuum sine digna ratione odio *Ar* mortuum sine gloria ratione *V* sine gloria ratione que (s) *BPRG Ra Bp om.* Ciceronem (t) *Mur.* quoniam

(1) Suet. *T. Flav. Domit.* XXIII.

(2) Cf. AEL. DONATI, *Vita P. Verg. Mar.* (in E. DIEHL, *Die « Vitae Vergilianae » und ihre antiken Quellen.* Bonn, 1911, p. 58): « Extant et Augusti « de ipsa eadem re versus plures et cla-

« rissimi, quorum initium ita est [*An- thol. Lat.* 672]:

Ergone supremis potuit vox improba verbis tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes, magneque doctiloqui morietur Musa Maronis?